



**NARRACIÓ DE LA VIDA I MARTIRI DE SANT BERNAT D'ALZIRA
I DE LES SEVES GERMANES MARIA I GRÀCIA,
DE L'ANTIC «OFFICIA SANCTORUM
DEL MONESTIR DE POBLET**

(«Officia sanctorum» aprobata ab illustrissimo, ac reverendissimo D.D. Abbate Generali Cisterciensi pro monachis S. Mariae Populeti. Tarragona, 1760; pg. 106-108.)

Bernardus olim Ametus arabico vocabulo appellatus, Almanzorii Reguli Carletensis filius, in aula Regis Saraceni Valentiae educatus, adeo prudentia, et industria claruit, ut ab ipso Valentino Rege ad pertractanda graviora Regni negotia Legatus in Cataloniam missus fuerit. Sed in itinere ad Monasterium Populeti Cisterciensis Ordinis prodigiose digressus, illorum Monachorum sanctis colloquiis adeo commotus est, ut abiuratis moribus Mahometicae sectae, et deposito Ameti nomine, aqua baptismali ablutus fuerit, Bernardi nomine suscepto. Deinde monasticum institutum in eodem Monasterio amplexus, quo serius ad Christi fidem conversus fuerat, eo celerius ad perfectionem contendebat.

Monasterii Cellerarius ab Abbate institutus, ad eundem postea delatus de bonorum profusione in pauperes, adeo exacte dati, et accepti rationem reddidit, ut fructus omnes, pecuniamque redundare palam constiterit, ac si pluribus duplo congregatis, nihil omnino ex eis haustum fuisset. Celebre hoc miraculum, alia consecuta sunt. Nam cum hospitio exceptus esset a cuiusdam oppidi Parocho, qui tamen erat Monachus Populeti Apostata, eius filium, quem famulum crediderat, surdum fecit audire, et mutum loqui, quo portento ex-

Bernat, que abans, en llengua àrab, s'anomenava Ahmet, era fill d'Al-Mansur, reietó de Carlet, i fou educat al palau del rei sarraí de València. Excel·lí fins a tal punt en prudència i enginy, que el rei de València l'envià com a ambaixador a Catalunya per tractar d'alguns afers d'estat molt greus. Durant el viatge, però, fou conduït prodigiosament al monestir de Poblet, de l'Orde Cistercenc, i quedà tan commogut dels sants col·loquis amb els monjos d'aquell lloc, que, abjurant la seva religió i bescanviant el seu nom d'Ahmet pel de Bernat, rebé la purificació de l'aigua baptismal. Després abraçà la vida monàstica en el mateix monestir, ja que, havent-se pres tan seriosament la seva conversió a la fe de Crist, volia avançar ràpidament pel camí de la perfecció.

Nomenat cellerer per l'abat, fou acusat davant d'ell de dilapidar els béns del monestir a favor dels pobres. Cridat a donar-ne raó, ho feu amb tanta exactitud, tant de les coses donades com de les rebudes, que quedà ben clar que hi havia provisions i diners en abundància, com si s'haguessin duplicat, i que res absolutament no n'havia estat sostret. A aquest cèlebre miracle en seguiren d'altres. Una vegada, de pas per un cert llogaret, l'acollí el rector, que era un antic monjo de Poblet apòstata; Bernat li va guarir un fill sordmut que tenia, pen-



terrītus Apostata in Religionis propositum revocatus est. Præstolans autem Bernardi reditum, vita functus, et clericali veste sepultus, redeunte Viro Dei, et una cum populi multitudine sepulchrum scrutante, monachali indutus cuculla exhumatus apparuit.

Charitate in Deum, zelo animarum, et martyrii desiderio iugiter ardebat. Unde pergens ad illuminandos quos posset, ac præsertim consanguineos per Evangelii prædicationem, id primum Ilerdæ præstitit in Matertera: deinde ingressus Valentiam Almanzorium fratrem, sororesque Zaydam, et Zoraydam aggressus; indurati Reguli minis insuper habitis, sorores ad Christi fidem perductas sacro expiavit baptisate, alteram Mariam, alteram appellans Gratiam, quas etiam Cisterciensi Ordini destinatas a freternis ædibus secum abduxit. Quibus compertis, fugientesque assecutus in sylva, Tyrannus potius, quam frater, Bernardi frontem coram sororibus ferreo clavo confodi iussit, Mariam vero, et Gratiam in fide immobiles, gladio transfigi mandavit. Quorum corpora feris exposita, cum diu illæsa permansissent, in ipso martyrii loco sepulta fuerunt.

Diutius mansere ignota sacra pignora, quoadusque sub Iacobo primo Aragoniæ Rege cælestibus signis detecta, ab ipso honorifico sacello, et marmoreo tumulo donata sunt, non procul ab Alzira nobili oppido, a quo gloriosus Martyr sanctus

sant que era el seu criat, i li restituí l'oïda i la parla. L'apòstata, trasbalsat per aquest prodigi, reprengué el seu antic propòsit de religió. Tot esperant el retorn de Bernat, que, com hem dit, estava de pas per aquell lloc, el rector va morir i el sepultaren revestit amb els seus vestits de clergue. Quan l'home de Déu arribà, assabentat de la seva mort, va voler inspeccionar la sepultura, i, un cop desenterrat, davant una munió del poble, aparegué vestit amb la cogulla de monjo.

Ple de caritat envers Déu, l'empenyia cada vegada més el zel per les ànimes i el desig del martiri, i volgué anar a portar la llum de la fe a tots els qui pogués, principalment als seus familiars, per la predicació de l'Evangelí. Anà primer a Lleida, on residia una tia seva. Després s'encaminà a València on entrà a trobar el seu germà Al-Mansur i les seves germanes Saida i Soraida. De la duresa de cor del seu germà, el reietó, n'obtingué només amenaces. Però a les seves germanes les convertí a la fe de Crist i les purificà amb el sant baptisme, donant-los el nom de Maria i Gràcia. Desitjant també que ingressessin en un monestir de l'Orde Cistercenc, ell mateix se les endugué de casa del seu germà. El tirà, més que no pas germà, els descobrí mentre fugien, els perseguí i els encalçà en un bosc, i ordenà que traspessessin el front de Bernat amb un clau de ferro davant les seves germanes. A Maria i Gràcia, immovibles en la seva fe, manà que les degollessin. Els cossos, exposats a les feres, restaren intactes, fins que foren sepultats en el mateix lloc del martiri.

Durant molt de temps aquelles sagrades penyores romangueren ocultes, fins que un senyal del cel manifestà al rei Jaume I d'Aragó el lloc on s'amagaven. Ell mateix els dedicà una capella honorífica i els construí un sepulcre de marbre, no lluny



Bernardus de Alzira cognominatur. Quem oppidani anniversaria festivitate, ut Patrum colunt, multique alii propitium, ac potentem apud Deum intercessorem experiuntur. Quorum etiam sanctorum Martyrum Reliquiæ insignes Populetum translatae religiosissime venerantur.

de la noble ciutat d'Alzira, de la qual pren el nom el gloriós màrtir sant Bernat. Els seus habitants en celebren cada any la festivitat i l'honoren com a Patró, i molts altres el tenen com a poderós i benvolent intercessor. Una relíquia insigne dels sants màrtirs, traslladada a Poblet, hi és venerada piadosament.